

Alte Drucke

**CONFESSIO FI=||DEI CATHOLICAE CHRISTIANA
AV=||thoritate Synodi prouincialis quæ habita est
Petr=||couiæ Anno M. D. LI. Mense Iunio ædita: || ...**

Hosius, Stanislaus

Cracoviae, 1553

DE SACRAMENTO ORDINIS. Caput. XLIX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150329

Lib. 3.

De uisita. in-
fir. li. 2. ca. 4.
De rectitu-
dine catholi-
cæ conuersa-
tionis.

multos infirmos oleo perunctos curabant. Meminit huius sacramenti Chrysostomus, ubi tractat de sacerdotio. Meminerunt Hieronymus quoque ad Rusticum scribens, & Augustinus in locis aliquot, & eius synchronus Innocentius epistola prima quam scripsit ad Decentium capite octauo, ubi inter cætera scribit. Poenitentibus istud fundi non potest quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo genus vnum putatur posse concedi? Sed iam ad sacramentum ordinis actedamus.

DE SACRAMENTO ORDINIS. Caput. XLIX.



ROM. 13.

IOAN. 11.
IOAN. 10.
CAN. 6.

Li. 1 de ordi-
ne ca. 9.

V M quæ sunt à Deo, ordinata sint, non alibi magis requiri videtur, ut sint ordinata omnia quam in Ecclesia, quam à Deo esse dubium non est. Ipse enim Deus & dominus noster Iesus Christus collegit eam, & ædificauit sanguine suo, qui propterea mori dignatus est, ut filios Israel qui erant dispersi congregaret in vnum, ut esset vnus pastor & vnum ouile. Quamobrè rectè in canticis castrorum acies ordinata vocari legitur, neque alia magis re est aduersarij potestatis terribilis quam eo ipso quod est ordinata. Est igitur ordo comprimis in ea necessarij, de quo preclare scriptum est ab Augu. Ordo est quem nisi tenuerimus in vita, producet ad deum, & quem nisi tenuerimus in vita, non perueniemus ad Deum. Si ergo non peruenimus ad deum nisi sit ordo rectus, omnia prius & facere et pati nos oportet, quam ut cum deseramus, ne si quod absit deseruerimus eo (quod absit) nos

nos venire contingat vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed *Iob. 10.*
 sempiternus horror inhabitat. Recte autem ordinem qua-
 tenus est Ecclesiæ sacramentum de quo nunc à nobis ora-
 tio suscepta est signaculum Ecclesiæ quoddā esse dicemus
 per quod spiritualis potestas traditur ordinata, ad quā ex-
 exercendam non licet cuiquam seipsum ingerere, verum vo-
 cationem expectare necesse est, quæ nihil aliud esse videtur
 quam ordinatio. Hoc est quod Paulus admonet. Ne quis-
 quam sibi sumat honorem, sed qui vocatur à Deo tanquā
 Aaron. Et rursus alio loco. Quomodo inuocabūt in quem
 non crediderunt? quomodo autem audient sine predicāte?
 quomodo vero prædicabunt nisi mittantur? Quod autem
 ordo vel quod rectius dici potest ordinatio sit sacramentū
 vel ex eo liquet, quod est sacræ rei signum efficax. Est enim
 visibile signū, siue forma visibilis inuisibilis gratiæ, quæ mul-
 tiplex in hoc sacramento confertur, cum etiā ipse sit ordo
 multiplex, quemadmodum paulo post docebimus. Signū
 seu elementum huius sacramenti siue quis materiam voca-
 re malit, est in sacerdotibus vñctio, siue manuum impositio
 in reliquis attactus eorum quæ tangenda sunt. Ad quod ele-
 mentum cum addit verbum fit sacramentum. Nam nō
 significatur modo, verumetiam re ipsa confertur inuisibilis
 gratia, per quam fit vt tradita sibi spirituali potestate rectē
 fungi possit ordinatus. Quod autem conferatur in hoc sa-
 cramento gratia, testis est Paulus cum Timotheum suum
 ijs verbis alloquitur. Noli negligere gratiam quæ in te est, *1. Timo. 4.*
 quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manu-
 um presbyteri. Et iterum ad eundem dicens, Admoneo te
 vtre

Hebreo. 5.
 Romano. 10.

1. Timo. 4.

vtre

2. Timo. 1.

Hebreo. 5.

Ioannis. 20.

Li. 2. contra
Epistolā Pars
meniani Ca.
14.

Ut resuscites gratiam Dei quæ in te est per impositionē manuum mearum. Meminit hoc loco Paulus elementi visibilibus manū impositionis, meminit simul inuisibilis gratiæ quæ per eam confertur. Quisquis enim eo quo debet affectu ad hoc sacramentum percipiendum accedit, is virtute diuina ad ardui muneris quod ei mandatur exequutionem preparatur & instruitur, simul etiā datur ei diuinitus authoritas & potestas, rata ut sint & efficacia, quemcumq; sic ordinatus in eo quod suscepit officio iuxta Christi capitis & eius corporis Ecclesiæ institutionem ritè gesserit. Non enim persona sacerdotis attendi debet, qui eadem est qua cæteri infirmitate præditus, verum eius à quo missus est potestas, eius qui dixit, Sicut misit me pater, & ego mitto vos, qui baptisandi, qui ligandi & soluēdi, qui consecrādē distribuēdæ & offerendæ Eucharistiæ, quiq; cæterorum mysteriorū suorum dispensandorum potestatem tradidit. Recte itaq; inter sacramenta ordo numeratur. Quod nomen illi ab Augustino quoq; tribui legimus, cuius hæc verba sunt. Nam illud quod quidam eorum veritate conuicti dicere cœperāt baptismum quidem nō amittit qui recedit ab Ecclesia, sed ius tamen dandi amittit. Multis modis apparet frustra & inaniter dici. Primo quia nulla ostenditur causa cur ille qui ipsum baptismum amittere non potest, ius dandi amittere possit, vtrumq; enim sacramentum est, & quadam consecratione vtrumq; homini datur, illud cum baptisatur, illud cum ordinatur. Ideoq; in catholica vtrumq; non licet iterari. Nam si quando ex ipsa parte venientes etiam prepositi pro bono pacis correcto schismatis errore correcti sunt

sunt, & si visum est opus esse vt eadem officia gererent quę gerebant, non sunt rursus ordinandi, sed sicut baptismus in eis ita ordinatio mansit integra, quia in præcisione fuerat vitium quod vnitatis pace correctum est. Non in sacramētis quę vbicumq; sunt ipsa vera sunt. Et cum expedire hoc videatur Ecclesię, vt præpositi eorum venientes ad catholicam societatem honores suos ibi non administrent, non eis tamen ipsa ordinatione sacramenta detrahuntur, sed manent super eos. Itaq; non eis in populo manus imponitur, ne non homini sed ipsi sacramento fiat iniuria. Ex quo loco illud discimus, æque ordinationem sacramentum esse vt baptismum. Et sicut Baptismus non iteratur, ita neq; ordinatio, quod æquē in illa atq; in baptismo character imprimitur. Sicut enim in baptismo character siue signum imprimitur, quo discernuntur fideles ab infidelibus, sic in ordinatione character imprimitur quo discernuntur clerici à laicis. Leo quoq; pontifex primus eius nominis sacramenti nomen tribuit ordinationi dicens. Præter authoritatem consuetudinis quam ex apostolica nominis venire doctrina etiam sacra scriptura manifestat, quod cum Apostoli Paulum & Barnabam ex præcepto spiritus sancti ad Euangelium gentibus mitterent predicandum, ieiunantes & orantes imposuerunt eis manus, vt intelligamus, quanta & dantium & accipientium deuotione curandum sit ne tantę benedictionis sacramentum negligenter videatur impletum. His verbis docemur nō mō sacramentū esse ordinationē verū etiam gratiā in ea cōferri. Quid enim opus esset ieiunio, oratione, tantaq; deuotione dantium & accipientium nisi

ss gratia

Eistola. 81.

Actuum. 13.

Ioannis. 10.

gratia conferretur? Inde illud institutum videmus quod non ordinantur sacerdotes, nisi precedente ieiunio, vel quadragesimæ, vel eo quod vocatur quatuor temporū, quod ea etiam ex causa institutū esse videtur, vt vno animo, vno q̄ consensu, placato per ieiunium & elemosinas domino, precentur Deum omnes quo dignos operarios mittat in messem suam.

DE DISTINCTIONE ORDINVM.

Caput. L.



Epistola. 8.

*Romi 60. &
41 ad popu
antiochenū.
Episto. 33.*

Iudicantur autem ordines in minores & maiores. Minores quatuor nominantur, Ostiarii siue Ianitores, lectores, exorciste, Acolithi. Maiores tres, subdiaconi, diaconi, sacerdotes. Præcedit autem hos omnes prima tonsura, quæ non est ordo, sed magis dispositio quædam ad suscipiendos ordines. In qua quod capillorum in modum coronæ quædam sit resectio, illud significat, eum cui capilli refecantur in illius ministerium assumi, cui seruire regnare est, atq̄ in regnum quoddam spirituale transferri. Ianitorum siue hostiariorum officium est, stare ad ostia templi, quos dignos esse sciunt admittere, quos indignos nouerit, eos repellere. Hos Ignatius custodes appellat sanctarum portarum. Censebantur autem indigni pagani siue Ethnici, Cathecumeni, Heretici, excommunicati, energumeni, flagitiosi, pœnitentes, qui excludebantur ab adiutis templorum. Sicut apud Chrysostomum et Ambrosium videre licet. Videtur hic ordo etiam Apostolorū temporibus fuisse, & ab ipsis institutus esse, quandoquidē syn-
chronus